de occasio leuandi caput suū, & resistendi iā detritis cornibus gentiū. Verbi gratia. Cornu magnū de quatuor cornibus unū fuit regnū Græcorū, Sed diuisum est cōtra semetipsum, quia de regno uno, regna quatuor facta sunt, qñ Alexādo mortuo, obtinuerūt pueri eius regnū, unusquisq; in loco suo. Attende nunc. Si regnū illud integrū permansisset & unū, nunquid contra illud Iudas Machabæus leuasset caput suū? Equidē potuisset hoc fieri per dei auxiliū sed placuit deo tali ordine fieri hoc ipsum, scilicet ut regnū diuisum infirmis existeret, & p̄terea faber ille magnus Romani imperij principatus, eidē superueniret, suoq; illud malleo tunderet ac detereret. Recēsitā historix hoc testant qd Epiphanes ille Antiochus, cōtra quē recte & iuste caput suū leuauit Iudas Machabæus, iā dudū crescentis & inualeſcentis eiusdē Romani imperij uiribus terebatur, & legati Romanorū iussu Israhel Aegypti in quā regno suo uoluerat adiungere, unde fuerat inhoneste reuersus. Laudabilis in ista quoq; prouidētia dei, quia sicut quādo primū Israhel ex Aegypto ascēdit rubrum mare, ut transiret, diuisit illi in diuisiones, ita extunc regna gentiū, quorū in medio peregrinatur, nis q; ad deū tēdit, uerū Israhel cōtra semetipsā diuisit, ita ut illoꝝ dissensio sanctis & electis occasio salutis existeret.

J. Machab. 1.

¶ Et leuaui oculos meos, & uidi, & ecce uir, & in manu eius funiculus mensor, & dixi: Quo tu vadis? Et dixit ad me: Ut metiar Hierosolē, quanta sit latitudo eius, & quāta longitudo eius. Et ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebatur, & alius angelus egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eū: Curre & loquere ad puerū istū dicens: Absq; muro habitabitur Hierosolē.

Vide. Iose. de antiq. lib. 12. cap. 6.

CAP. II.

¶ Et leuaui oculos meos, & uidi, & ecce uir, & in manu eius funiculus mensor, & dixi: Quo tu vadis? Et dixit ad me: Ut metiar Hierosolē, quanta sit latitudo eius, & quāta longitudo eius. Et ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebatur, & alius angelus egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eū: Curre & loquere ad puerū istū dicens: Absq; muro habitabitur Hierosolē.

pre multitudine hominum et iumentorum in medio eius, et ego ero ei (ait dominus) murus ignis in circuitu, et in gloria ero in medio eius. Magna gaudium angelorum, magnum in his uerbis, istis pro re quae accidit caelestibus spiritibus & terrenis hominibus, leticiae tripudium. Nam quae praeualuit dominus exercituum, & detritis cornibus regnorum gentium, propositum dei ad effectum peruenit, ut aedificaret Hierusalem, & in ea templum nomini domini. Gaudent angeli, & homines noluisse participes gaudij sui. Vere magna gaudendi ratio, sed attendas non solum templum illud manufactum, quod Zorobabel fundauit & perfecit, nec solum ciuitatem illam, cuius muros Neemias construxit, detrito duntaxat uno cornu regni Babylonici per fabricum regni Persici, sed templum non manufactum & ciuitatem dei uiuentis Hierusalem caelestem, quae detritis cunctis quatuor cornibus illis, nunc usque aedificata ut ciuitas (ut ait Psalmista) cuius participatio eius in idipsum, cuius templum iadudum aedificatum est, imo & Iudaica impietate solutum fuit, et post triduum excitatus est. Templum aliud ciuitas illa non habet, nam templum (ait Iohannes) non uidi in ea, dominus enim omnipotens templum illius est et agnus. Illuc sine dubio tendit haec prophetica uisio, et inde gaudent angeli, quod tale cum hominibus templum semper sint habituri, tale cum hominibus ciuitatem semper sint habituri. Quare autem maxime tunc temporis uisio pro hac re demonstrari debuit angelicae congratulationis, nisi quia ciuitas illa terrena et templum illud manufactum, quae tunc reaedificari incipiebant, quaedam erant instrumenta siue initia caelestis illius ciuitatis. Nam (ut ante iam dictum est) de loco et ciuitate uel genere illa, iuxta promissiones dei, Christum nasci oportebat, et inde iam tunc gaudium quare aedificatio templo et ciuitate illa sancto spes non peribat, & promissio permanebat. Unde quomodo nunc gaudere gestiuit. Ecce inquit uir, et in manu eius funiculus mensurae, et funiculus ille alacriter quod agere significabat, et ut amplius inquireret uidentem excitabat. Nec ille moratus, quod inquit tu uadis? Ut metiar (ait) Hierusalem, et uideam quanta sit latitudo eius, et quanta longitudo illius. Breuiter asseruit, quod aedificatio non in incerto esset aut deberet differri. Numquid autem uir ille cuius est funiculus in manu habere, non dum sciebat quanta longitudo Hierusalem, et quanta deberet latitudinis esse? Si de ciuitate illa terrena siue manufacta quiritur, non magnum erat illi uiro scire uel uidere, sed nec ullus prophetarum dignum duxit scripto, ad nostram noticiam transmittere, quanta fuerit latitudo uel longitudo eius. Porro de ciuitate caelesti, cuius illa ciuitas quoddam exemplar fuit, haud dubium est quin longitudo et latitudinis mensura sit ille uir, cuius in manu funiculus est, quod omnis diuinitatis gratia cum patre et aequalis spiritus sancto potestate habet, et homini dimensiones ita uidet, ut uidere faciat, nec quemquam lateat quanta debeat esse longitudo illius, quae est fides, scilicet usque ad mortem, et quanta latitudo, quae est dilectio, scilicet usque ad mortem. Nam esto (inquit) fidelis usque ad mortem. Et maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis, et tanta quidem longitudo, tanta latitudo, tam in isto seculo habenda, ubi pro fide mori quis potest, pro dilectione animam suam ponere potest. Sed in illo seculo quo cum uenerit, nisi longitudo et latitudinis huiusce remunerationis. Hoc illi uiro uidere perfectionem erat ostendere atque promittere. Ad hoc dictum illius uiri, ecce (inquit) angelus qui loquebatur in me egrediebatur, forte dimensiones illas inspecturus. Docendus autem erat propheta ne humano sensu acciperet id quod de latitudine & longitudine audierat. Alius ergo (inquit) angelus egrediebatur in occursum eius & dixit ad eum: Curre & loquere ad puerum istum dicens: Absque muro habitabitur Hierusalem. Quae causa, putas, prophetam hic angelus puerum appellat, nisi quia (sicut iam dictum est) docendus erat? Est enim quaedam sensus puericia, quae in isto quidem non dum reprehensibilis erat, quia non dum audiendo uel uidentem talia multum tempus habebat. Reprehendunt autem in his qui propter tempus facti estis, quibus lacte opus sit non solido cibo. Omnis enim qui lactis est particeps, expertus est sermonis iustitiae, paruulus enim est. Perfectior autem est solidus cibus eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus. Haec apostoli sententia presenti quoque exemplo clarior fit. Videbat hic oculis eleuatis uirum, cuius in manu funiculus mensurae, & audierat eum dicentem, ut metiar Hierusalem & uideam quanta sit latitudo eius, & quanta longitudo illius. Si non dum aliud quod intelligebat in uisu illo nisi terrena illius ciuitatis dimensiones, profecto puer erat, puerilem sensum habebat, & interim uisio quam uidebat, quia de terreno tantum aedificatio gaudebat, non solidus ille cibus, sed quaedam erat lactis alimonia. Recte igitur puer dictus est, sed cito in uirum profecto

z. Ebd. 6.
Templum non
manufactum
corpus Christi.
Psal. 121.

Apoca. 21.

Congratulatio
angelorum.

Mensura ciuitatis,
Christus.

Apoca. 2.
Iohan. 15.

Apoca. 21.

Cur propheta
hic puer dicitur.
Hebr. 5.

COMMENT· RVPER· ABBA· LIB· I.

cere habebat p̄senti magisterio celestiuū spirituuū dicētiū. Absq̄ muro habitabit Hierusalē
præ multitudinē hoīm & iumētōz in medio eius. & ego ero ei (ait dñs) murus ignis in cir-
cuiu, & in gl̄a ero in medio eius. Est em̄ sensus: Hierusalē quæ per nos ædificat, quæ p̄ se
metipsum uir iste metitur, muro manufacto nō circūdat, sed tota sp̄ialis est ædificatio eius.

Dñs murus
eius.
Psalm. 67.
Psalm. 124.

Dñs ip̄e murus eius, murus ignis in circuitu, per qđ ciuitas illa quā firma sit, satis inuitur.
Cū em̄ scriptū sit, sicut fluit cera à facie ignis, sic percāt pctōres à facie dei. Quis ibi hosti
mebit: qđ de inimico sollicit̄ erit? Ergo qđ in Psalmo de hac ip̄a Hierl̄m dictū est: mōtes in
circuitu eius, & dñs in circuitu populi sui, magnifice p̄sens locus illustrat ei, qđ sensum excel-
sit pueri. Quod deinde ubi dixerat, ego dñs murus ignis in circuitu, subiunxit, & in gl̄a ero
in medio eius. Idē lōge supra sensum pueri est, qđ uidelicet nō sicut homo localis & terre-
nus in medio hoīm localiuū & terrenoz, sed sicut deus creator spirituuū in medio erit angelo-
rū & hoīm in tēplis cordiuū, in domibus quæ ip̄a corpora sanctorū et animarū p̄cordia sunt
quod quale est uel erit, oculus non uidit & auris non audiuit, & in cor hominis non ascen-
dit.

Esa. 64.
Iudæi. pueri
centū annorū
sunt.

Pueri qđam qui nunq̄ p̄ficiūt, pueri centū annorū, istud qđ hic dictū est, absq̄ muro
habitabitur Hierl̄m præ multitudinē hominū et iumētōrū in medio eius, putant carnaliter
esse uenturū, uidelicet qđ Hierl̄m tantā beatitudinē habitura sit, ut præ multitudinē homi-
nū & iumētōrū omniū murū habere nō possit, sed dñi defensio murus sit ipsius & illius in
medio habitatis gloria p̄fratur. Ad puerū eiusmodi, puerū centū annorū qui moritur, est
maledictū, p̄plus em̄ Iudaicus est, nō currit neq̄ mittitur angelus ut ad eū loquat̄, nec em̄
audire aut scđm sensum senū intelligere uult. Nos aut̄ cū isto puero, qui audiendo & intel-
ligendo p̄fecit in uirū, sic intelligimus qđ dictū est præ multitudinē hoīm et iumētōrū in
medio eius, absq̄ muro habitabitur, ut nūc manifeste oculis apertis uideamus. Quis em̄ re-
gū aut imperatorū tā magnū siue tā amplū potuisset facere murū, qđ cōcluderet orbē terra-
rū? Nisi aut̄ cōcluderet orbē terrarū, nō posset ambire Hierl̄m istā scilicet ecclesiā, quæ uide-
licet in toto diffusa est orbē terrarū. In ea dicūtur hoies qui sp̄alia sapiūt, iumenta uero qui
simpliciter sapiūt, iuuat aut̄ eos qui cū sint sp̄iales, sua sp̄alia semināt illis, & eorū carnalia
metūt. Et hic quidē in p̄senti seculo talis Hierl̄m peregrina pars celestis Hierl̄m, iccirco
absq̄ muro habitabitur, qđ nō uno in loco, nō in una gēte cōtinet̄, sed (ut iā dictū est) p̄ orbē
terrarū diffunditur. In illo aut̄ seculo quo hinc quotidie transfertur, multo maxime nec est
nec esse debet aut potest murus in circuitu eius, nisi dñs qui & in gl̄a erit in medio eius. Ser-
quit. l. 2. O fugite de terra aquilonis dicit dñs, quoniam cœli dispersi uos dicit dñs
O Sion fuge quæ habitas apud filiā Babylonis, quia hec dicit dñs exercituum
Post gloriā misit me ad gentes quæ spoliauerūt uos. Qui em̄ tetigerit uos, tangit
pupillā oculi mei. Quia ecce ego leuo manū meā sup̄ eos, & erit p̄de his qui ser-
uiebāt sibi, & cognoscetis, quia dñs exercituum misit me. Quam oportune, qđ sapienter
sp̄s sanctus dū senibus loquatur, & senili auditoris animo delectetur, interim puero blandi-
ditur, qualis 70 tutos tūc erat p̄plus qui de Babylonica captiuitate reuertebatur, cuius sensu
sum sup̄gredi uolebat istū, quē appellabat angelus puerū, dicēs: curte & loquere ad puerū
istū. Nā puero centenario de quo iā dictū est, nequaquā blanditur, sed dicit ei quā morietur.

Corin. 9

Esa. 67.

Quomodo uel ad qđ blanditur illi puero, id est, simplici populo? Videlicet ita loquedo, ut
sentiat talis puer sese diuina inuitatione reuocari de Babylone ad reædificandā ciuitatē uel
templū, cuius reædificatio (sicut iam dictum est) p̄paratio erat salutis humanæ. Puer erat
quisquis nihil aliud præter restitutionem loci & gentis sperare sciebat, quenz salte hoc ex-
guum delectabat. Vir aut̄ imō & senex erat, quisquis loci illius restitutionem nō propter
ip̄m locū, sed p̄pter eū qđ inde uerturus erat scilicet Christū desiderabat. Vocatiuū calum cō-
geminans, dō fugite (inqt) de terra aquilonis, itemq̄ tertio, dō Sion fuge quæ habitas apud
filiā Babylonis. Fugite de terra aquilonis, idē est quod fuge quæ habitas apud filiā Babylō-
nis. Plagæ nāq̄ orbis quas Græci appellant κλιματα iuxta sitū Hierusalem intelliguntur &
templi, & iuxta sitū illius Babylon, apud quā captiuus erat dei populus, in parte est aquilo-
nari. Hoc ergo qđ dicitur dō fugite dō Sion fuge, sic intelligitur, sensu quidē puertili, sed nō
inutili. Ecce quō p̄nitet dominū mali quod fecit nobis, quomō dolet sup̄ ciuitate inuocā-
& templo nobili, in qua sola ciuitate glorificabatur, in quo tēplo unico nomē eius inuoca-
batur.

Climata secū
dū situm Hie
rusalem.
Sensus litera
lis de fingen-
da Babylone

nis. Plagæ nāq̄ orbis quas Græci appellant κλιματα iuxta sitū Hierusalem intelliguntur &
templi, & iuxta sitū illius Babylon, apud quā captiuus erat dei populus, in parte est aquilo-
nari. Hoc ergo qđ dicitur dō fugite dō Sion fuge, sic intelligitur, sensu quidē puertili, sed nō
inutili. Ecce quō p̄nitet dominū mali quod fecit nobis, quomō dolet sup̄ ciuitate inuocā-
& templo nobili, in qua sola ciuitate glorificabatur, in quo tēplo unico nomē eius inuoca-
batur.

IN ZACHARIAM PROP. CAP. II. Fo. CCVII.

batur. Nec mirū, magnū em̄ illic erat nomē eius, magnus honor impēdebatur nomini eius. Cyrus nos illuc redire nō cōpūlit, sed tantūmodo redeundi licentiā dedit. Quis est in uobis (ait) de uniuerso populo dñi cœli? Sit deus illius cū ipso, et ascēdat Hierl'm quę est in Iudęa & ædificet domū dñi dei sui Israhel. Quantopere nos inuitat, ut propteranter uelimus exire de terra ista, terra Babylonis immūda, dū dicit, d̄ d̄ fugite de terra aquilonis, d̄ Sion fuge, q̄ habitas apud filiā Babylonis, & quantū pœnitent eū de his q̄ passi sumus, q̄ em̄ deinceps te tegerit nos, tanget pupillā oculi eius, & prædæ nobis erūt hi, q̄bus seruiebamus, id est, capti uos ducemus eos q̄ captiuos duxerunt nos. Iste sensus (ut iā dictū est) puerilis quidē est, sed utilis, q̄a quomodocūq; factū sit, factū est ut restrueret locus & gēs, unde salutē mūdi Christi oportebat nasci. ¶ Sensus tanto utilior quāto solidus cibus lacte melior existit, in discipulis Christi est. Primo, ipsa q̄ hic loquitur p̄sona, cognoscēda est. Vnde cognosce? Nimirū ex eo qd̄ ait dñs exercitūū, post gloriā misit me ad gētes q̄ spoliauerūt uos, itēq; & cognosce? cētis quia dñs exercitūū misit me, lauda & lætare filia Sion, quia ecce ego uenio & habitabo in medio tui ait dñs. Quis ē iste dñs exercitūū, quē post gl'iam misit dñs exercitūū? Quis inquit, nisi dñs filius dñi patris? Filiū nāq; dñm & deū, qd̄ iuste credimus & fidelit̄ cōfitemur misit in hunc mundū post gloriā pater deus & dñs. Quā post gloriā? Nimirū post gloriā diuinitatis longe & infinite postq̄ erat in forma dei, Quod nō est aliud q̄ in gloria dei, hinc Ap̄tus dicit: Qui cū in forma dei esset, nō rapinā arbitratus est esse se æquale deo, sed semet ipsum exinanitiū formā serui accipiens & c̄. Itaq; dictū hoc propheticū gratū & gratiosum nobis sit, q̄a fidele est testimoniū dñi nostri Iesu Christi, nō solū quidē, sed de multis unum pulcherrimū atq; clarissimū. Igitur ab isto loco illuc se intēdat aiūs, quo post detrita (ut iam dictū est) cornua gentiū, uictor propositi deus, promissum suū impleuit, & iusiurādū quod iurauit ad Abrahā patrē nostrū, datūq; se nobis, mittēdo in hūc mundū filiū suę charitatis, propter nimiam charitatē qua deus mundū dilexit. Hic pulcherrimus est ordo prophetiæ, q̄ tenus post reuersionē eius ad Hierl'm in misericordijs, q̄bus domus eius ædificata est in ea, & post detritiōnē regnōꝝ quatuor, q̄ per quatuor cornua significata sunt, & p̄ quā sibi succedentia, draco diabolus infectando ppl'm illū, promissionis effectū auertere nitēbatur, uenisse, qui promissus fuerat cōsideretur, & dicta hæc, d̄ d̄ fugite de terra aquilonis & c̄. tanquā p̄sentis eius uoces audiant. Quid em̄ est aliud, fugite de terra aquilonis, siue fuge Sion quā habitas apud filiā Babylonis, q̄ hoc initiū eius euangelicę p̄dicationis: pœnitentiā agite, ap̄ propinquabit em̄ regnū dei. Deniq; incredulū esse & cordis impœnitētis, hoc est, p̄manere in terra aquilonis, uenti utiq; frigidi, per quē diabolus solet in scripturis figurari, & econtra, fugere de terra aquilonis, hoc est, credere, & pœnitentiā agere cū spe perueniendi ad regnū dei. Item, habitare apud filiā Babylonis, hoc est, seruire uicijs & cōcupiscentijs: & econtra, fugere de habitatione Babylonis, hoc est, cessare ab eisde uitijs & cōcupiscentijs. Duæ causę quas hic posuit, qm̄ in quatuor uentis cœli dispersi uos, quia post gloriā misit me ad gentes quæ spoliauerūt uos, unā rationē faciunt, & illius unius cōtinent sensum, quā Euan gelista scripsit, q̄a Iesus moriturus erat, ut filios dei, qui dispersi erāt, cōgregaret in unū. Ratio hæc sic in isto diuisa est, ut omni habenti aures audiendi, prima parte timorē incutere sequente dilectionē insinuare uelit. Dū em̄ p̄misso, fugite de terra aquilonis, quod est dicere, nolite cordis esse impœnitētis, subiungit, qm̄ in quatuor uentis cœli dispersi uos, oportuno timore cōcutitur attentus auditor, si tñ intelligit, quō uel ob quā causam facta sit illa dispersio, qua sparsim mixtimq; inter malos & reprobos electi nascūtur in hoc mūdo, q̄ simul esse & soli nasci debuissent in paradyso. Cū itē p̄misso, d̄ Sion fuge quā habitas apud filiā Babylonis, subiungit, quia post gloriā misit me ad gentes. Magna dilectionis dei offertur occasio, cōsideranti quod ueraciter dictū sit: quam bonus Israhel deus. Quia uidelicet sic dilexit mundū, ut filiū suū unigenitū daret, ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat uitā æternā. Et q̄ bonus sit idē unigenitus, qui cū in forma dei esset, propter nos accepit formā serui, atq; post gloriā claritatis, quā habuit apud deū priusq̄ mundus fieret, saturatus est opprobrijs, dans percutienti maxillā, & factus est obediens usq; ad mortē, mortē autē crucis & qui misit, & qui missus est, dñs exercitūū est, testatur p̄sens locus scripturę ueritatis. Nā forte quis nō audierit, non contentus fuit semel dixisse de isto, qui post gloriā missus est,

J. Eisd̄. 7.

Sensus mysticus.

Philip. 2.

Lucæ. 1.

Ephē. 2.

Fugere de terra aquilonis, est pœnitentiā agere. Mart. 4.

Johan. 11.

Johā. 3.
Philip. 2.
Ioh. 17.
Esa. 53.

COMMENTA. RUPER. ABBA. LIB. I.

quod dñs sit, sed tertio repetiuit, dicit dñs: Pauculis dictionibus interiectis, & de illo q̄ mibi secūdo asseruit quod dñs exercituū sit. Iam quippe semel dixit, iste dñs qui misit me, & cognoscetis quia dominus exercituū misit me, & paucis interiectis, iterū diciturus est filia Sion, & scies quia dominus exercituū misit me ad te. Interea uide q̄ sapienter, q̄ mira arte sapientia, puerū illū supradictū capit, scilicet populū illius tēporis, qui sperare nesciebat tale quid, qui nō posset uesci tam solido cibo tantæ promissionis, & iccirco oportebat eū lactari lacte literali quod est huiusmodi. Cū dixisset: Post gloriā misit me ad gentes, addidit, quæ spoliauerūt uos, & subiunxit, qui em̄ tetigerit uos, tanget pupillā oculi eius, siue oculi mei, quia ecce ego leuo manū meā super eos, & erunt prædæ his qui seruiant sibi, hoc em̄ litera sonat, quod talis deberet rerū mutatio fieri, ut reuerſi de Babylonia captiuitate, multiplicati atq; roborati, præſente cū eis dño irent super Babylōnios & ceteras gentes, à quibus fuerant spoliati, & uerſa uice spoliarent eos, cederentq; sibi in prædā hi, quibus seruiant ipsi, eodē genere uel modo prædæ siue seruitij. Bonis nobis error pueri, siue sensus puerilis, & cunctis profuturus seculis, quia uidelicet tali spe alacriores effecti, reuerſi sunt & ædificauerunt, & scripturā, quæ utiq; pro nobis gentibus facit quasi cōtra nos agentē, nobisq; cōtraria promittentē, maiore cū fauore susceperunt & custodierunt tanq̄ scripturā, ut uere est, diuina authoritatis. Deus autē quō cogitauit, ita & fecit, leuauit manū suā super gentes, q̄ spoliauerūt Iudæos, ornatu ciuitatis & tēpli & q̄bus seruiuerūt & seruiūt Iudæi, quarū gentium maxime fuere Romani, & ecce ipsi sunt prædæ Iudæis, scz apls, qui utiq; sunt ex Iudæis, Quomodo gētes siue Romani p̄dæ sunt apostolis? Nimirū eō modo quo piscatoribus pisciculi, Sic em̄ quibusdā eorū quādo uocauit eos, dixit: Venite post me, & facia uos fieri piscatores hoim. Isti sunt & quicq; similes illis, quos qui tetigerit, t̄get pupillā oculi mei, nō ut ego cæcus fiam, sed ut cæci sint ipsi qui tetigerunt, & ego abscondā faciē meā ab eis, quomodo abscondit & auertit quis, iētū uitans aduersarij insidiantis, pupillā oculi sui. Sequitur, Laudate & lætare filia Sion, qz ecce uenio & habitabo in medio tui, ait dominus, Et applicabuntur gentes multæ ad dominum in die illa, & erunt mibi in populum & habitabo in medio tui, & scies qz dominus exercituū misit me ad te. Et possedit dominus Iudam partem suam in terra sanctificata, & elegit adhuc Hierusalē. Sicut leat omnis caro a facie domini, qz consurrexit de habitaculo sancto suo. Sicut iam ante prælibauimus, bis ab ista persona domini exercituū, quæ hic loquitur, dictū est, Dominus exercituū misit me, quia diciturus, lauda & lætare filia Sion, sic præcedentia finiera, & cognoscetis quia dominus exercituū misit me, & ecce iterū præmissio, & habitabo in medio tui, subiungit, & scies quia dominus exercituū misit me ad te. Pulchrū hoc & consideratione dignū est, quia profecto filiū, qui reuera dominus exercituū est, misit pater sine dubio dominus exercituū, misit spūs sanctus ueraciter dominus exercituū. Duæ personæ patris & spūs sancti, unā personā filij miserunt, sic apud Esaiā ipse loquitur, & nūc dominus misit me, & spūs eius. Nimirū quādo beata uirgo Maria, nunciante angelo, cōcepit, tunc filium dominū exercituū, & pater dominus exercituū misit & spūs sanctus dñs exercituū misit eū in uterū eiusdē uirginis. Pater, quēadmodū ipse dicit: Eructauit cor meū uerbu bonū. Spiritus sanctus, quēadmodū angelus ad Mariā: Spiritus sanctus (ait) superueniet in te, & uirginitus altissimi obumbrabit tibi: & ad Ioseph, quod em̄ in ea natū est, de spiritu sancto natura. Super hoc lauda & lætare filia Sion, ait dominus ipse qui misus est, deus ex dei patris generatione, & homo ex sancti spiritus operatione, quia ecce ego uenio & habitabo in medio tui. Quid est in medio tui, nisi in cōmunionē naturæ tuæ, cū substantia ueræ carnis. Nam uerbu caro factū est, & habitabit in nobis. Ergo in medio tui, hoc est præter peccatū oia suluā piens quæ sunt tuæ conditionis: primo, nouē mēſibus habitans in hospitiū uentris foemine, deinde in cunabulis, imō in præſepi inuolutus pannis, cicūcillus, & ad templū deportatus, cū hostia legali, & per annos triginta patiens omnia quæ sunt humanæ fragilitatis præter peccatū (ut iam dictū est) modis omnibus inuētus est homo, & mortis quoq; experientia. Vere magna materia laudationis & lætitiæ talis aduentus, & talis domini colubatio. Quamobrē & ita præmisit, lauda & lætare filia Sion. Omnis anima quæ tantū bonū per fidem speculando mereris dici & esse Sion. Anima Iohannis uere filia Sion, prima lætata est post illā

Heb. r.

Error Iudæorum bonus est nobis.

Matth. 4.

Esa. 48

Psal. 44.
Luc. i.
Mat. j.

Habitabo in medio tui.

Filia Sion, a n. ma fidelis.

IN ZACHARIAM PROP. CAP. II. Fo. CCVIII.

post illā lætitiā matrē, cuius in medio, cui⁹ in utero nā hic dñs habitabat. Vnde & laudabat in lætitiā, la tabatur in laude, dicendo: Magnificat aīa mea dñm, & exultauit spūs meus in deo salutari meo. Post eā prima laudauit & lætata est anima Iohannis. Ecce em̄ (ait) Eliza⁹ beth: ex quo facta est uox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo. Vbi tēpus loquēdi afficit illius lætitiā, causam pulchra cū laude taliter deprompsit. Qui habet sponsam, sponsus est, amicus autē sponsi, qui stat & audit eū, gaudio gaudet propter uocē eius. Hoc ergo gaudiū meū impletū est, quod deinde dicit dñs: Et applicabū tur gentes multæ ad dñm in die illa, & erunt mihi in populū, manifestū atq; perspicuū est, quia uidelicet ex quo dies ista illuxit, uel tēpus aduenit, de quo in Esāia dñs: in tēpore placitō (inquit) exaudiui te, & in die salutis adiuui te, A plus autē succinit: ecce nunc tēpus acceptabile, ecce nunc dies salutis, & ex eo gentes multæ applicantur ad dñm, & sunt ei in populū. Porro ante diē hanc, notus tantū in Iudæa deus, in Israhel magnū nomē eius, & recte alitæ quoq; gentes applicantur ad dñm, & sunt ei in populū, licet inuideant & indignentur Iudæi, qui sibi uideatur soli esse filia Sion, & nō pertinent ad filiā Sion. Quid em̄? an Iudæo nō deus tantū? nōne & gentiū? imō & gentiū. Et habitabo (inquit) in medio tui, scilicet secundo aduentu, nō quomodo primo aduentu uenio, sicut iam dixi, ut habitē in medio tui. Primo nanq; passibilis atq; mortalis atq; iudicandus. Secūdo impassibilis atq; immortalis deus iudicij dñs, habitabo in medio tui. Primæ habitationis in medio tui fructus hic est, ut applicantur gentes multæ ad dñm, sequentis habitationis erit effectus quem Iohannes dicit: Scimus quia cū apparuerit, similes ei erimus, quoniā uidebimus eū sicuti est. Illud uideri, pfectū erit scire, de quo hic ait: & scies qd dñs exercituū misit me ad te. Quid porro sibi uult quod cū dixisset: & applicabuntur gentes multæ ad dominū, & erunt mihi in populū, subiungit atq; ait: & possidebit dñs Iudā partē suam in terra sanctificata, & eliget adhuc Hierusalem: Nimirū quia faciendū, & huic erat, qd prophetis alijs iubetur, scilicet claudere sermonem, ligare testimoniū, quia uidelicet sic expediebat, nec em̄ portare potuissent homines, si manifeste diceret illis deus, id quod intendebat. Ecce illud quod dixerat, & applicabū tur gentes multæ ad dominū, subtegit dicendo: Et possidebit dñs Iudam partē suā, quo no mine, quoniā Iuda interpretatur cōfessio, cū significetur omnes gentes Christū confitētes, putare poterat ille populus Iudæ, qui hæc audiebat, quod qualicūq; modo applicandæ forent ad dominū multæ gentes, tamen ipse solus domini pars esse deberet, quæ existimatio nihil proposito dei nocuit aut nocet, imō prodest, quia dū illi beneuoli fuerunt, scriptura nobis custodita est. Sensus hic est, Iudam partē suā, id est, eos qui præordinati sunt ad uitā, qui secūdu propositū uocati sunt sancti, quos præsciuit & prædestinauit cōformes fieri imaginis filij sui, qui omnis Iuda, idē credentes atq; cōfidentes sunt, & pars domini sunt, possidebit dominus in terra sanctificata, in terra uiuentiū, ubi quod est, totū sanctum est, & ita possidebit ut nullus desit de numero eorū, & quia non sufficiunt qui de ista terrena Hierusalē illic ascendūt, adhuc eliget de alijs quoq; gentibus, assumunt qui sint Hierlm. Nonne in his que dicta sunt, merito cōfortentur manus dissolutæ, & genua debilia roborentur? Nonne merito dicant pusillanimitis, confortamini & nolite timere? Sequitur ergo. **Sileat omnis caro a facie domini, quia consurrexit de habitaculo sancto suo: Ac si dicat: Sileat quatuor cornua, quæ uentilauerūt Iudam & Israhel & Hierlm, sileant omnes qui regnare præsumperunt, domino nesciēte, domino nō probante, quia caro sunt Assyrii cū Babilonijs, Peris cū Mæcedis, Macedones siue Græci, Romani terribiles & ut uidebatur ferrei. Sileat (inquā) a facie domini, quia consurrexit de habitaculo sancto suo, qd throni eius positi sunt & iudiciū sedit, & iudicatum est interfici bestias cornutas, & auferrī potestātē eorū, & dari potestatem & honorem & regnū, filio hominis uenienti in nubibus cœli, ut suscipiant regnum sancti dei altissimi, quibus insultabant regnātes bestię, tanquam peregrinis atq; captiuis, & obtineant regnum usq; in seculum, & seculum seculorum.**

Lucæ. 1.
Iohā. 3.
Esa. 49.
2. Cor. 6.
Psal. 79.
Rom. 3.
Duplex aduentus Christi.
I. Ioh. 3.
Dani. 12.
Iuda dicitur omnes gentes Christum confitentes.
Roma. 3.
Heb. 12.
Esa. 57.
Dani. 7.

¶ Finis libri primi in Zachariam.